



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Innocentio XI. Ad Innocentium XII.

Luxemburgi, MDCCXLI.

81. Congregatio Particularis &c. Decretum super assertis Privilegiis
Neophytorum, Alabardiorum Gubernii, & Auxiliatorum Castri Sancti Angeli.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74849](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74849)

tatorum
restringi-
tur ad Cau-
sas ratione
Officii.

Excipiuntur
Officiales
S. Offi-
cii.

Patentati
etiam te-
neantur ad
munera
Universita-
tum, &
Communi-
tatum.

Excipiuntur
Officiales
S. Offi-
cii.

Reipublicæ consistit, magnoperè deturbari, vel ab excessivo numero Privilegiatorum, vel à minùs vero intellectu Privilegiatorum eis concessorum, Hinc Congregatio Particularis à Sanctiss. Domino Nostro INNOCENTIO PP. XII. super abusu Reformatione (ut infra) deputata inhaerendo Decretis, ac resolutionibus aliis super hac materia factis tempore San. mem. Urbani VIII. ac Innocentii XI. censuit, ac declaravit, quòd Privilegium Fori quorumcumque Privilegiatorum, vulgò *PATENTATI*, tam in Urbe, quàm in quibuscumque Provinciis, & Legationibus Status Ecclesiastici, etiam Bononiensis & Ferrariensis, etiam speciali, ac specialissima nota, vel expressa mentione dignorum (non comprehensis Officialibus, aliisque dependentibus à Sacra Congregatione Sanctissimæ Inquisitionis dumtaxat) suffragetur tantummodò in Causis, & negociis tam Civilibus, quàm Criminalibus, & mixtis eorum officium, & ministerium quomodolibet concernentibus, vel ex causa, ratione, & occasione ejusdem officii, & ministerii quomodocumque dependentis, & non in aliis, itaut si fecis desuper ferri Decreta, Sententias, & concedi Inhibitiones, aut quidquam aliud fieri contingerit, irritum sit, & inane, ac respectivè absque incurfu attentatorum possit impunè sperni.

§. 2. Quòd verò ad munera Universitatum Urbis, ac Communitatum Status Ecclesiastici, censuit pariter Congregatio, proponendum Sanctissimo, ut prævia generali suspensione omnium, & quorumcumque Privilegiatorum, etiam Militarium, donec congruè, & particulariter eadem Privilegia examinentur, præcipere. & mandare dignetur, quòd omnes, & quicumque Privilegiati, etiam speciali nota, vel expressione digni (non comprehensis tamen, ut supra, Officialibus, aliisque dependentibus à Sacra Congregatione SS. Inquisitionis) teneantur interim dicta generali suspensione durante indifferenter, & una simul cum aliis non Privilegiatis subire munera eorum Universitatis, & Communitatis respectivè, perinde ac si dicta Privilegia non emanassent: Et ad præmissa per quoscumque Judices Ordinarios, aut Superiores locales compelli possint, ac debeant, non obstantibus quibusvis eorum Privilegiis, Litteris patentibus, & Inhibitionibus desuper in quocumque Tribunali expeditis, & aliis quibuscumque, die 28. Septembris 1692.

Facta Sanctissimo D. Nostro relatione præinserti Decreti, Sanctitas Sua illud approbavit, ac servari omnino mandavit in omnibus Curis, & Tribunalibus, tam Urbis, quàm Status Ecclesiastici.

A. de Anfaldis SS. D. N. Auditor.

Nomina autem Prælatorum, aliorumque qui præcitate Congregationi Particulari à Sanctiss. deputata interjurerunt sunt hæc.

Reverendiss. P. D. Bottinius Archiepisc. Myren. Fisci, & Cam. Apost. Advoc. ac Promotor Fidei.

Reverendiss. P. D. Emerix S. Rotæ Decanus.

R. A. D. Heruault S. Rotæ Auditor.

R. P. D. Caccia S. Rotæ Auditor.

R. P. D. Molines S. Rotæ Auditor.

R. P. D. Thomatus A. C. Locumtenens.

R. P. D. Origus Signaturæ Justitiæ Auditor.

R. P. D. Sacripantes SS. D. N. Subsecretarius.

R. P. D. Nuptius R. C. A. Commiss. Generalis.

R. P. D. Anfaldus Auditor Sanctissimi.

D. Fattinellus Primus Collateralis Curie Capitoli.

D. Raynaldus Locumtenens Criminalis Eminentissimi Domini Cardinalis Vicarii.

Pro D. Successore D. Nicolai Florelli olim A. C., & S. Palatii Apost. Not. Angelus Montanus pro Rev. Camera Administrator Deputatus.

Die, mense, & anno, quibus supra, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad Valvas Curie, in Acie Campi Flora, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Joannem Baptistam de Comitibus Sanctiss. Domini Nostri Papa Cursorem.

Pro D. Magistro Curforum Hippolytus Perretus Curfor.

Decretum super assertis Privilegiis Neophytorum, Alabardariorum Gubernii, & Auxiliatorum Castri Sancti Angeli.

LXXXI.

§. 1. Congregatio Particularis à Sanctissimo D. N. INNOCENTIO PAPA XII. specialiter (ut infra) deputata super revisione ass. Privilegiatorum concessorum Neophytis, Auxiliatoribus Castri S. Angeli, Alabardariis Gubernatoris Urbis, aliisque similibus, vulgò *Patentati*, censuit, & declaravit, si Sanctissimo D. N. placuerit (ultra sancita in Constitutionibus ejusdem Sanctissimi D. N. & in Decretis, approbante eodem Sanctissimo, jam factis, & publicatis.) quascumque immunitates, & privilegia eis in præteritum per Summos Pontifices, & alios quoscumque quomodolibet concessa suffragari non posse, neque debere quoad solutionem Taxarum Tribunalis Viarum, Gabellæ nuncupatæ *dello Scorticco*, Bulli ponderis, & mensuræ, & aliarum Gabellarum, onerum, seu taxarum publicarum tam impostarum, quàm imponendarum; Idque non obstantè quacumque etiam longissimi, & immemorabilis temporis consuetudine, & non obstantibus quibusvis ass. privilegiis quibusvis clausulis, & derogatoriis, ac derogatoriarum derogatoriis quomodolibet munitis & roboratis.

Neophytes
Auxiliato-
res Arcis
S. Angeli,
Alabardarii
Gubernatoris
non
gaudent
immunitate
à Taxis,
& gabel-
lis.

§. 2. Rursus censuit, & declaravit, præfatis personis nullam aliam exemptionem, immunitatem, vel privilegium competere posse, vel debere, præter sequentia, nempe omnes Neophytos prædictos eorum vitâ durante dumtaxat, Auxiliatores verò Castri S. Angeli usque ad numerum ducentorum, comprehensis etiam Jubilatis, & Alabardariis Gubernatoris Urbis usque ad numerum quadraginta, comprehensis etiam Jubilatis, ut supra, videlicet viginti jam numerarios, & viginti supranumerarios, non teneri, neque cogi posse ad subeundum onera, & munera eorum Universitatum, Consulatuum, seu Artium, neque ad cultodiam Portarum, aliasque functiones Civicas, & Militares Urbis, & salvis etiam quoad prædictos Alabardarios, & Auxiliatores solitis facultatibus circa delationem Armorum, & Lanternæ, dummodò tamen sint de infra scriptis quatuor Artibus, & non de aliis, nempe *Muratori, Falegnami, Ferrari, e Scarpellini*; Idque non obstantibus quibuscumque privilegiis, & consuetudinibus, ut supra.

Immunitates
que
præservantur,
& pro
quo numero
privilegiatorum.

§. 3. Et, ut fraudibus, sive transgressionibus quoad numerum prædictum obvictur, Congregatio censuit, & mandavit, quod infra Mensem ab hodie conficiatur Tabella, seu Elenchus præfatorum Alabardariorum, & Auxiliatorum, eademque Tabella, seu Elenchus gratis omnino registretur tam in Actis Secretariorum Camerae Apostolicæ, quàm in Computaria ejusdem Rev. Camerae, & succedent vacatione, seu mutatione hujusmodi personarum per obitum, seu alias quomodolibet, incontinenti personæ de novo subrogatæ describantur in prædicta Tabella, quodque ulterius eadem Tabella singulis Annis renovetur, & re-

De regi-
strandis
Privilegia-
torum no-
minibus.

gistre-

gistraretur, ut supra, aliis privilegia supradicta nulentis suffragentur, sed penitus contemni possint, & debeant. Hac die 3. Maji 1693.

Facta per me infrascriptum hac eadem die relatione predictæ resolutionis SS. D. Nostro, Sanctitas Sua mandavit, illam inviolabiliter observari in omnibus Curis, & Tribunalibus.

A. de Anfaldis SS. D. N. Auditor.

Nomina autem Prælatorum, qui predicta Congregationi Particulari à Sanctissimo deputata interfuerunt, sunt hæc.

R. P. D. Antonius Altovitus Secretarius Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium.

R. P. D. Raynuthius Pallavicinus Secretarius Sac. Congreg. Concilii.

R. P. D. Curtius Origus Auditor Signaturæ Justitiæ

R. P. D. Joseph Sacripantes SS. D. N. Subdatarius.

R. P. D. Ferdinandus Nuptius R. C. A. Commiss. Generalis.

R. P. D. Anfaldus de Anfaldis Auditor Sanctissimi.

R. P. D. Antonius de Philippo Vor. Signaturæ Justitiæ.

Paulus Fatius Cauf. Cur. Cam. Apost. & S. P. A. Not

Die, mense, & anno quibus supra, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Curia, in Acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Joannem Baptistam de Comitibus Apost. Cursorem.

Hippolytus Petretus Mag. Curs.

Publicatio
1693.

LXXXII

Decretum super reformatione Officialium ad inquirendas fraudes, vulgò nuncupatorum STRAORDINARI.

Inquirentes ad numerum octo reducuntur.

§. 1. **C**ongregatio Particularis à Sanctissimo D. N. INNOCENTIO PP. XII specialiter (ut infra) deputata super moderatione abusuum, qui irreperunt in perquisitionibus fieri solitis ab Officialibus, vulgò *Strordinarii*, censuit, si Sanctissimo placuerit, Officiales prædictos deputari solitos à Conservatoribus Populi Romani, ex quibus octo nuncupantur *Majores*, & sexdecim *Minores*, reducendos esse in totum, ac per totum ad numerum octo, ex quibus duo debeant esse *Majores*, & reliqui sex *Minores*.

Revisores ponderum

§. 2. Similique modo censuit, duodecim Officiales Extraordinarios à Cabellario Majori ejusdem Populi Romani deputari solitos super revisione ponderum, & mensurarum, aliarumque rerum, & locorum Urbis, reducendos esse ad numerum quatuor, & non ultra.

Inquirentes, & Revisores nil possunt recipere etiã à sponte dantibus.

§. 3. Et quia plurimæ delatæ fuerunt ad aures Sanctiss. Domini Nostri querimonias super extorsionibus, quæ à dictis Officialibus fieri dicuntur; Ideo ad obviandum hujusmodi malo censuit Congregatio servanda esse Bannimenta aliã publicata super prohibita eis receptione etiam à sponte dantibus cujusvis rei, aut præmii, etiam sub nomine muneris, aut Strenæ, & signanter sub diebus 5. *Junii* 1653, 24. *Julii* 1655, & 12. *Augusti* 1667, auctã tamen penã usque ad *Tirimes* per quinquennium, etiam pro prima vice ipso facto incurrendã quodque super præmissis credatur assertioni juratæ ipsius dantis, aut querelantis, juncto alio Teste fide digno, aut alio urgenti adminiculo arbitrio Judicis.

Ad receptionem probandã sufficit assertio dantis juncto Teste, vel adminiculo.

§. 4. Et ut facilius aperiantur via delinquentes hujusmodi detegendi, debitisque pœnis puniendi, censuit pariter impartiri posse, ac debere cumulativam facultatem Annonæ Præfecto, & Graf-

Adeos castigandos conceditur vicissim cum-

ciæ Præsidi contra Officiales prædictos in eorum officio delinquentes super præmissis extorsionibus, & Strenis inquirendis, & procedendi etiam ex officio, sublata penitus quacumque privativã Jurisdictione, quam super eorum personis Conservatores Urbis, aut alii quicumque etiam individuã mentione, & notã digni haberent, aut habere prænderent; Prout è contrã Conservatores prædicti inquirere, & procedere cumulativè possint super præmissis contra Officiales Annonæ Præfecti, qui sunt numero quatuor *Commissarii* nuncupati & Extraordinarios Graciæ Præsidis, qui sunt numero duo, itaut in cognitione, & coercitione omnium prædictorum locus sit inter ipsos præventioni, sublata panter quacumque jurisdictione privativã, ut supra.

§. 5. Postremò pro majori præmissorum firmitate, & executione Congregatio decrevit, quòd infra decem dies ab hodiè conficiatur Tabella, seu Elenchus omnium prædictorum Officialium tam Conservatorum, quam Annonæ, & Graciæ Urbis, eademque Tabella, seu Elenchus gratis omninò registraretur, tam in Actis Notarii eorundem Conservatorum, quam in illis Secretariorum Camerae Apostolicæ: Et succedente vacatione aut mutatione hujusmodi Officialium per obitum, aut aliã quomodolibet, in continenti personæ subrogandæ registrarentur, & describantur in utraque Tabella, sub pœna trium ictuum funis publicè infligendorum contra non descriptos, & exercentes.

§. 6. In reliquis verò non adversantibus præfenti Decreto eadem Congregatio mandavit servanda esse Statuta Urbis, Constitutiones Apostolicas, cæteraque Bannimenta desuper aliã publicata. Hac die 12. Maji 1693.

Facta per me infrascriptum relatione præfate resolutionis Sanctiss. D. Nostro, Sanctitas Sua jussit illam publicari, & inviolabiliter observari.

Anfaldus de Anfaldis SS. D. N. Auditor.

Sequuntur nomina Prælatorum, qua præfate Congregationi particulariter (ut supra) deputata interfuerunt.

R. P. D. Antonius Altovitus Secretarius Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium.

R. P. D. Raynuthius Pallavicinus Secr. Sac. Congregationis Concilii.

R. P. D. Curtius Origus Auditor Signaturæ Justitiæ.

R. P. D. Joseph Sacripantes SS. D. N. Subdatarius.

R. P. D. Ferdinandus Nuptius R. C. A. Commissarius Generalis.

R. P. D. Anfaldus de Anfaldis Auditor Sanctissimi.

R. P. D. Antonius de Philippo Vor. Signaturæ Justitiæ.

R. P. D. Fattinellus de Fattinellis Cam. Apost. Præfcs.

Paulus Fatius Cauf. Cur. Cam. Apost. & S. P. A. Not.

Die, mense, & anno, quibus supra, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valvas Curia, & in Acie Campi Floræ, aliisq; locis solitis, & consuetis Urbis per me Marcum Aurelium Pellicciam Apost. Cursorem.

Hippolytus Petretus Mag. Curs.

lativa pluribus cum præventione.

De Tabella, & Registro Officialium hujusmodi faciendis.

In reliquis servanda Bannimenta &c.

Publicatio
1693.

LXXXIII.

In Sacris Congregationibus

Decretum super renovatione, & declaratione *Sanctiss. mem. Sixti V. la 74.*

UT debitus ordo servetur inter Tribunalia Urbis, & opportunè provideatur, ne ob litigan-

tium